


volumus: *Post Clarissimum Ictum Georgium Remum, Patricium Augustanum, & Consiliarium Reipublicæ Noribergensis in eleganti suâ Paraphrasi non ineleganter Matth. Steph. hîc, nu. 18. 19. 20. Bernh. Zieritz. hîc differunt, quibus addendus Sebast. Næv. ad l. 1. n. 3. C. de serv. Reipub. manum. Et notum est illud Baldi, quod consuetudo etiam habeat potestatem in sanguinem hominis.*



ARTICULUS I.

De iudicibus, & iudicii personis.

1. **I**Æ c Rubrica, si non meritò intelligeretur secundum subjectam materiam, profectò latissimus campus esset expacian-di per aliquot juris materias. Iudicii enim verbum adeò ambiguum est, ut Lexiographi quindecim hujus vocabuli signifi-cata enarrent. *Cunradus Rittershusius* verò ferè triginta tria se observasse tradit in *jur. iust. part. 9. c. 3. n. 1.* Conferatur *Sigism. Scacc. lib. 1. de iudic. cau-sar. civil. crim. & heretic. c. 1. n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12.* *Franciscus Duarenus* in defini-tione iudicii explicandâ cum aliquot divisionibus, integrum annum consump-sit, & tandem coactus fuit his nugis valedicere, ut ipse conqueritur.

2. Hîc, omissis ambagibus, de criminali agitur iudicio, de quo, quid sit, & quâ à iudicio differat civili? Videantur *Prosp. Farin. in Theor. & praxi, tom. 3. de var. & diver. quest. 100. c. 1. n. 57. Ilic. Vm. disp. ad iudic. process. direct. 1. th. 2. nu. 8. Hie-ronym. Treutl. vol. 1. disp. 12. th. 1. d. & ibidem Rein. Bach. Echtius Emer. à Rosbac. in prax. crimin. tit. 1. n. 11. Gomez. Inst. de action. post n. 18. Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 1. nu. 2. Herm. Vult. vol. 1. Consil. Marpurg. 15. nu. 38. Anton. Hering. de fideiuss. c. 10. nu. 363. Delr. ad l. transigere. C. de transact. Scacc. d. lib. 1. c. 5. & c. 6. & ab aliis relati Icti, & invenies varias & discordantes opiniones. Nobis impræsentiarum, & Jure Saxonico iudicium criminale dicitur: *Wann die Klage gehet zu Haut vnd Haar/ Land-recht lib. 1. art. 53. & lib. 3. art. 32. & lib. 1. art. 68.* Consule *Vent. de Valent. in Parth. litig. lib. 2. c. 12. n. 11.**

3. Accusator, accusatus, & Iudices iudicium constituunt criminale, li-cet & hoc quandoq; instituat, ubi propriè neq; accusator, neq; accusatus est, ut pluribus declarat *Ilic. Vmm. d. disp. th. 3. n. 17.* Quid: Si iudex procedit ex officio per viam inquisitionis super delicto notorio & manifesto? Siquidem eviden-tia patrati sceleris clamore accusatoris non indiget, *c. evidentia, ext. de accus. Theod. Reink. lib. 2. class. 2. c. 13. n. 10.*

4. Iudices criminalibus præficiendi sunt causis Trebatii, id est, inte-gri,